

Frates Josephum venderunt, ut non adoraretur, & hæc ipsa venditio fuit medium, quo fuit a fratribus in Agypto adoratus. Sic humana consilia non evertunt, sed promouent consilium Dei. C. Gen. 37. v. 28.

Judei pro ignominiam passionis volunt extinguere nomen & memoriam Christi, & hoc ipso illam magis exaltant. Postulant custodes ad sepulcrum, ne dicere restitissent a mortuis, & hi ipsi custodes facti sunt a mortuis, & hi ipsi custodes facti sunt restes resurrectionis.

Quid mirabilem, quam propagatio fidei in universo orbe per duodecim piscatores? & tamen per viginti annos Evangelium ad omnes mundi partes transit, te pugnantibus Principibus & Regibus terræ. Löher v. Fides 9. n. 2.

Deus est, cuius iræ nemo potest resistere. Et sub quo curvantur, qui portant orbem.

104. Conservat mundum.

Pater meus usque modo operatur: Si cessaret unico momento, mundus in nihilum concideret. C. in Gen. c. 2. v. 2. S. August. ait: Creatoris omnipotentis omnipotentia est causa subsistenti omni creaturæ, que vivit si ab eis, que condidit, regendis aliquando recederet, simul omnium rerum spectet, & natura consideret. Ibidem.

Omnes Reges & Principes terræ cum omni sua potentia non possunt unicam muscam libere & sine sustentaculo in aere suspendere: Et ecce! Mirabile, & Imperceptibile opus Divinæ potentie! Orbis teraqueus in medio cælestis Planisphærii pendet. Quis sustentat? Omnipotentia Dei, tribus digitis sustinet, qui si uno momento cessaret, totus mundus in ipsum nihilum relaberetur.

Non sunt opes Dei, sicut artefacta opificum; hæc enim sine suo auctore durant & subsistent. Creaturæ autem non subsistunt sine Creatore: si ille unico momento ab earum conversatione cessaret, cito omnes in suum nihilum relaberentur, sicut figura in seculo disparet, si introspiciens recedit.

Dicunt quidem nonnulli Veterum Philosophorum, mundum pendere immobiliter in medio Planisphærii cælestis propter virtutes magneticas spherarum, quibus illi quasi in æquilibrio conservatur, & sustentatur. Verum magis sunt! Deus initio non indiguit virtute magnetica ad credendum mundum, ergo nec illa indiget ad conservandum. Nempe mundus stat & pendet in ætæto Deitatis virtute illius.

verbi Fiat, quo creatus est, cujus virtus in hodiernam usque diem propagatur & conservatur. &c.

PRÆDESTINATIO DEI.

105. Fit dependenter a meritis.

Nabuchodonosor & Pharaon ambo erant Reges, ambo castigati, ambo beneficiis clementer admoniti, & tamen ille respuit, & salvatus est, iste obduratus, & damnatus. Quare? unus se habuit ad solem iustitiæ ut cera, alter ut lutum, ait enim S. Augustinus: Dum ab illo Deus plagas suspendit, illo obdurato corde contra Deum se superbus erexit. B. Ser. 11. n. 34.

Sicut pluvia non datur terræ sine nubibus, ait S. Vincen. Ferr. ita salvatio non obtinetur sine meritis; quia dum Deus destina finem, etiam destina media. M. conc. 36. aff. 1. n. 11. Idem aff. 3. n. 5.

Inane est illud argumentum: Vel sum prædestinatus, vel non? si sum, certo ero beatus etiam si nihil operer: Si non sum: certe damnabor, quidquid faciam. Nam ait S. Vincen. Ferr. Cur studes Philosophiæ? vel enim Deus prævidit te doctum Philosophum fore, vel non? cur æger medicum vocas? vel enim Deus destinavit te victurum, vel non? cur arma capis? vel enim Deus te vidit ab hoste interiturum, vel non? M. conc. 36. aff. 3. n. 5. Item cur dæmon omnes homines tentat sine exceptione? si enim prædestinatio impedit non potest, frustra est tentatio: vel enim tentatus est prædestinatus vel non? si est, non obstante tentatione salvabitur. Si non est, etiam non tentatus peribit. Ibi num. 6.

Christus indignatus est, dum vidit tunicam suam inconsultem sorti committi: tunica hæc est figura vestis gloriæ. Paulus Granatenis ait: Multi . . . gloriæ non ex operum sanctitate, sed ex quadam casu expectant. B. Ser. 47. n. 3.

106. Ad gloriam summe estimabilen sedat hominem.

Joas filius Ochoziæ ab avia Athaliae ambitione regni occidendus a cognata clam abreptus, & in templo sex annis educatus fuit: hunc si tu puerum vidisses, & seivites eum destinari ad coronam, nonne summis in honoribus habuisses? Ab is, ait Eusebius Nieremb. qui filium regis noverant, in magno honore habebatur.

S. Aug. ser. 38. de temp. S. Vinc. Ferr. ser. 2 post Remonstrat.

Part. Greg. noster in Marti. 47. c. 6.

hatur, non quia regis ornabatur insignibus, sed quia orandus erat. Simile quid de Nabuchodonosore habetur. O paupercule, veneror te, quia tui centones olim splendebunt supra pedes! en! hic sol hæc sphyera erant sub pedibus tuis. B. Ser. 2. n. 49. 47.

Sancto Antonio Paduano revelatur prædestinatio & salus æterna cujusdam Viri: quoties dein Sanctus hunc Virum obvium habuit, profunda eum reverentia coluit. Sanctus Franciscus Seraphicus suæ salutis certior factus, sine intermissione jubilat etc. D. 6. 27.

Offendit mihi Salomonem, Samsonem, Origenem, Trajanum, divitem Epulonem alioque, quamvis honoris fama, fortitudine, sapientia, & divitiis fuerint celebratissimi, ego tamen pauperem Lazarum famentem & egenum feliciorum reputo &c.

O quanta olim erit rerum mutatio, cum famuli & ancilla, nunc abjecti & despecti ad coronam & gloriam vocabuntur: Domini autem & Domina, a quibus nunc austere & crudeliter habentur, in ignem æternum abire jubentur: tunc illi exultabunt, isti ejulabunt; illi immensas Deo gratias referent, isti præ invidia contabescunt &c. Cogitent hæc nonnumquam Domini & Domina, atque hæc cogitatione: Forfan ea die famulus aut famula mea erunt inter electos, ego inter reprobos: hæc cogitatione, inquam, dicent manifestus, & magis Christiane agere cum subditis &c.

107. Cur homini occultetur.

S. Ludovicus Bertrandus amare flevit, quia nesciret de numero electorum, aut reproborum esset: Nubes & caligo in circuitu eius. In hæc nebula iustus ascendere debet, velut Moyses in montem; Ingressus medium nebula ascendit in montem. Sed cur occultatur homini? Respondetur. 1. ut prædestinatus non incipiat superbiere alioque contemnere. 2. Ne negligens fiat, nam Mater negligentie est securitas, ait S. Gregorius: Abraham de homo ignem asportavit ad holocaustum, noluit enim fidere incerta percussioni filicis, ait Oliva: Ita incertitudo cautum reddit. 3. Ait Novarinus: Ut homo Deo serviat non tantum propter interesse suum, & propter præmium; sed etiam propter se absque intuitu mercedis: Christus Joanni & Jacob petentibus primam sedem in regno dixit: Non est meum dare vobis. D. Clausi Spicil. univerf. Pars I.

Cur dissimulat hæc potestatem? ideo, ut calicem passionis biberent non propter mercedem regni, sed ex perfectiore caritatis motivo. B. Serm. 32. a num. 12. usque 17.

S. August. ait celari prædestinationem, ut homo in humilitate conservetur. S. Greg. ut ex fecitate non fiat negligens. Novarinus, ut ad bona opera tanto vehementius stimuletur. S. Bernardus, ut timor proficiat ad certificandum salutem. B. Serm. 48. n. 1. 2. & seq. Denique, ut non presumat despicere, & averfari eos, quos putat minus esse certos de sua salute &c.

108. Etiam si occultatur non affligat hominem.

S. David contentissimus erat, quidquid Deus fecum facturus esset, dicebat humiliter. In manibus tuis fortis mea. Ec hæc ipsa humilis conformitas nota est prædestinationis, ait Novarinus: Quædam prædestinati nota est, ego quomodo ferre, se nescire esse prædestinatum. Quisdam servus Dei, ait Kempensis, anxius optabat scire, utrum sit prædestinatus, & vocem audivit, qua quærebatur, quid facturus esset si sciret? faceret modo, quod tunc esset facturus. Alius, qui dictum est, eum esse de numero reproborum, respondit: ideo de penitentia nihil remittam &c. B. Ser. 48. n. 38.

Illi eres juvenes dixerunt Nabuchodonosori: Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, O Rex, liberare: quod si noluerit, notum tibi sit Rex, quia Deorum non colimus, & statum auream, quam erexisti, non adoramus. Eundem in modum dicit Christianus, cum tentate pusillimitate circa prædestinationem: Audi o Rex tenebrarum, Deus meus potest me eripere de camino ignis infernalis: quod si noluerit, notum tibi sit, quod tamen Deos tuos, id est vitia non adoro: Deus enim dignus est tamen amari, etsi peram &c. Segn. Manna 10. August. n. 7.

Sanctus ille Vir, seu Angelus, qui D. Tauleum visam celi elocuit, rogatus ab eo: Quid faceres, si te Deus damnare vellet: reposuit: Duobus brachiis, humilitate & amore eum complecterer, ut mecum detraherem in infernum, & sic infernus mihi esset paradysus. Parem in modum cum Senex Eremicola discipulo cum lacrymis diceret, mi bone juvenis, revelatum est mihi dete, quod futurus sis de numero

D dam-

Novar. in soliti. de mot. c. 4. Thoni. Mart. c. 6. de tuit. Clor. 26.

Joas. 5. S. Aug. in ser. 104. 277.

Psal. 69.

S. Greg. l. 6. c. 22. Oliva in ser. 22.

damnatorum! respondit: Benedictus Deus! nec tamen desperabo, sed capta poenitentia opera duplicabo! Et ecce! revelatum est tibi, hunc fenum discipulum esse salvandum. C. 2. Petric. 1. v. 10.

109. Negatur homini ex culpa propria.

Abraham promissum est suam stirpem multiplicatum iri, ut stellas cali, & arenam maris: stella in celo, arena in terra fuit. B. Ser. 47. n. 4. Ex arbitrio hominis est, an velit stellas cali, aut arenam maris accipere.

Genitilis de Divinitate sui idoli dubitans, accessit illud, passerem occulte in manutens, interrogavitque: si Deus es, dic, vivumne sit, an mortuum, quod manu teneo? (cogitabat autem, si responderit esse vivum, mox compressa manu volucrum necabo: si dixerit esse mortuum, liberam avolare permittam, sic mentietur quidquid dixerit.) respondit idolum: ut vis! Sic respondendum interrogantibus de sua praedestinatione.

Ipsi etiam Antichristo patet porta caeli, quia nomen tribus Dan scriptum est in porta, ex qua tribu ille nasciturus est. B. Ser. 47. n. 19. Vide titulum Beatiudo.

Tintinabula in veste sacerdotali erant septuaginta, omnia tinniebant, ut significetur, septuaginta mundi regna vocari: si ergo non audiant, sua culpa pereunt. M. conc. 36. aff. 1. n. 9.

Dilemma praedestinationis: vel sum prae-destinatus, vel non sum; si sum, certe salvabor; si non sum, certe damnabor, solvitur per hoc: si es prae-destinatus, bene tibi operandum est, praevius enim es bene operatus, quod si nolis operari, signum est, te non esse prae-destinatum. Sic Taulero respondit Vir ille, sine Angelis: fac nunc, quod facere velles, si scires, te esse prae-destinatum &c. C. 2. Petric. 1. v. 10.

110. Pauci sunt prae-destinati ad gloriam.

Quidam eremicola inter innumerostantum tres salvari videt. Inter triginta milia, qui cum S. Bernardo moriuntur, tantum quo salvantur. S. pun. 142. fol. 449. E. Damnat. n. 1. 2.

Christus ex Apostolis tantum tres affumpsit in montem Thabor. Per Apostolos autem intelliguntur fideles, ex quibus etiam pauci electi. S. pun. 142. f. 447.

Petrus de arca loquens tantum octo animas salvatas esse miratur, & arcam dei dicit esse Ecclesiam. S. Ibid. f. 448.

Ex Aegypto exibant sexcenta hominum milia, & tantum duo veniunt in terram promissam. S. Ibid. item M. conc. 36. aff. 1. n. 7.

Vincentius Ferrerius narrat, tempore quo Sanctus Bernardus mortuus est, ex 30000 iudicatis tantum quinque fuisse salvatos.

In annalibus Sancti Francisci narratur mulierem revivisse, & revivisse ex 60000, tantum tres salvatos fuisse. B. Ser. 47. num. 37.

Negue putes hanc multitudinem tantum consistisse ex infidelibus; nam S. Chryso- stomus haec verba: Pauci electi, intelligit etiam de fidelibus. S. pun. 142. Sunt tamen auctores qui contrarium tenent, putantque plurimam partem fidelium salvan- tum iri. M. conc. 36. aff. 3. n. 8.

S. Gregorius ait: Ad fidem multi ve- niunt, sed ad caeleste regnum pauci perdu- cuntur. Et S. Chryso- stomus praedicans ad populum Antiochenum: Quot putatis esse in hac civitate, qui salvati sunt? Molestem est, quod diciturus sum, dicam tamen: Non possunt in tot millibus inveniri centum, qui salvantur, quin & de his dubito. Ratio est, quia in paucis inveniuntur signa praede- stinationis, sed plurima vitia. D. 3. 6. VV. artic. disc. font. 64. ex 1.

S. Chryso- stomus publice pro concione dixit in populosissima urbe Constantino- poli non fore centum, qui salvandi sunt. P. p. 1. disc. 5. n. 4. Idem sentiunt alii San- cti Patres inter quos S. Hieronymus. Vix de centum millibus, quorum mala sunt sem- per vita, mereatur a Deo indulgentiam ha- bere unus. Ibid. nu. 6. In diluvio tantum octo animae salvantur, ex Israelitis pere- grinantibus solum duo in terram promissam deveniunt. Ib. n. 7. Christus ipse in- terrogatus an pauci salvantur, respondit: Contendite intrare per angustam portam; quia multi quarent intrare, & non poterunt. Ib. n. 8. Et VV. artic. disc. font. 64. ex 1.

Philippus Doctor Parisiensis post mor- tem apparuit Episcopo, & damnatum se esse ait propter ambitionem & luxuriam. Dein interrogavit Episcopum an suprema dies iam advenisset? reponente Episcopo: Hodie est trigesima dies, ex quo mortuus es, dixit Cancellarius, vix vix! non cre- debamus neminem in mundo superesse; quia sicut nix cadit de caelo, ita intrant animae in infernum. E. Infernus n. 14.

Sunt auctores, qui putant ex Christia- nis plures salvari, quam damnari, quia sere omnes in fine percipiunt Sacramenta. Et faveat parabola nuptiarum regni caele- stis, ubi unicus tantum non habens ve-

S. Vinc. Ferr. Ser. 6. in 367.

S. Greg. S. Amb. l. 3. de lib. arb.

S. Chry- stom. 24. in Act. 40b.

S. Hier. apud Isid. ad Dam. 40c. 23.

flem nuptialem reprobus est. Contra- rium tamen tenent plures auctores, qui de- fendunt, numerum damnatorum ex Chris- tianis fore majorem, quam salvandorum. 1. Quia tam in statu naturae, quam in Lege Moisaica plures interierunt. 2. Quia longe major pars Christianorum vivit in statu peccati mortalis. 3. Quia plurimi, qui poenitere videantur, tamen proposito efficaci deficiunt: Haec enim iusta animad- versione puniuntur peccator, ait S. Gregorius, ut qui vivens oblitus est Dei, moriens ob- liviscatur sui. Enc. C. in ep. Jac. c. 2. v. 13: Et Apoc. 21. v. 16.

Damnatorum numerus erit ultra mille- nos milliones, saepe enim ex millenis vix salvatur unus &c. C. Num. 14. v. 30. Et Apoc. 7. v. 9. Item Ista. 17. v. 5. Matth. 7. v. 14. Num. 14. v. 3.

Quamvis Salomon, Samson, Origenes, Trajanus magna habuerint in Deum & Ecclesiam merita, dubia tamen est illo- rum salus. C. Eccli. c. 45. v. 21.

Meminisse hic incidenter juvat quæstio- nem inter SS. Patres & Theologos conten- tiose agitate, an Rex ille sapientissimus Salomon, qui pretiosissimum templum Hierosolymitanum Dei honori edificavit, sed demum ad turpissimam luxuriam & ido- latriam defecit, an inquam Salomon sal- vus sit aut damnatus? Respondet: De sa- lute, & interitu Salomonis incerta sunt omnia, idque voluit Deus, ut pio metu homines semper suspensos tenet. Nihilominus sunt auctores alii affirmantes, alii negantes. Pro sententia affirmante stant rationes, 1. Authoritas S. Hierony- mi, S. Gregorii Thaumaturg. Rupertii, Pinedæ, Salliani, Barradii, Serarii, San- chez, Delrio, & aliorum apud Corn. a Lap. in Prov. c. 24. v. 32. f. 674. 2. Quia Deus promissit Davidi se Salomonem cor- rupturum si peccaret 2. Reg. 7. in Virga Virorum, qua homines castigari solent. 3. Prover. 24. ipse Salomon ait: Novissime ego quoque egi poenitentiam, respicite ut eligerem disciplinam. 4. Quia dicitur Dilectus Deus, fuit typus Christi & Scri- ptor Canonicus tor. sacrorum librorum. Fuit Romæ aliquis Concionator, qui dice- ret, Salomonem et purgatorio jam pri- mum liberatum, idque cuidam sancte fe- mine revelatum fuisse. 5. Hoc ipsum fat- genz est Salomoni quo peccata illius puni- untur, quod has Doctorem censuras, & de salute dubitationes tolerare debeat: Haec certe longa, & continua ignominia est. 6. Huc etiam inclinat Revelatio fa-

ta S. Mechthildi roganti de statu Salo- monis: Quid Misericordia mea (NB.) cum anima Salomonis fecerit, volo homines la- tere, quatenus carnalia peccata ab homini- bus magis devitentur. Corn. a Lap. in Ec- clesiast. c. 47. v. 22.

Pro sententia negativa stant Tertul. S. Cyprian. S. August. S. Chryf. Rabanus, Isidorus, Lyranus, Abul. alique apud Cor- na Lap. in 3. R. 1. 1. rationem dant. 1. Quia Scriptura commemorat lapsum gravissimi- mum, non vero poenitentiam, sicut adji- cit in lapsu Davidis & aliorum. Dein 2. Quia delicta adificata non destruxit, non enim fuerunt destructa usque ad Josiam Regem. 3. Quia videtur Deus in hunc finem Salomonem in hac vita cumulasse omnibus bonis, ut ejus merita in tem- pore remuneraretur. 4. Quia amor femina- rum tam ardens est, ut sere sit insuperabi- lis, prout patet in consuetudinariis. Vi- de Corn. a Lap. in Proverb. 2. v. 19. 5. Sanctus Nilus interrogatus, an Salomon si salvus, respondit: De Salomone nihil usquam legitimus in Scriptura, quod post pec- catum poenitentiam esset, sicut Manasse, quibus ergo dicere de illo poterit, quod se salvos? Plura vide apud Corn. a Lap. in Ecclesiastici c. 27. v. 22. ubi fufe de hac re. Item D. 1. 28. &c. Haec de Salomone: quod si ulterius curiose curiosus, quod si prae-destinatione Dei decreverit circa He- noch, & Eliam qui mortui non sunt, sed rapti? attende, quod ajam ad hanc quæ- sitionem!

110. An Henoch & Elias in caelis, vel ubi sint?

Henoch mortuus non est; quia Scri- ptura de illo non æque ac de ceteris ad- didit illud: Et mortuus est! creditur una cum Elia raptus fuisse in paradysum, ubi- cumque domus locus ille existat. Ibi, quia nemis corpore mortale habere arde- re moturus, sine cibo & potu tamen per po- tentiam Dei conservatur, & ad ultima mundi tempora reservatur. Queritur ergo, an Elias & Henoch fruuntur Deo, & defacto sint Beati in caelis?

Respondet negative; 1. Quia sunt via- tores utpote adhuc morituri; nullus autem viatorum videt Deum: certe nec Moy- sis, nec Paulo, nec ulli alteri concessum fuit ante mortem videre Deum. 2. Quia si fruuntur Deo, deberent quodam a- ltu- ritate beatitatis redire ad armenas, ad labo- res, ad mortem: atque hoc paradoxum est. D. 2. est,

est, nec in ullo alio Sanctorum exemplificari potest. Certe soli Christo Dei Filio hoc privilegium proprium fuit, ut simul fuerit comprehensor & viator &c.

Dices 1. S. Joannes Apostolus iterum venturus est in mundum cum Henoch & Elia, juxta illud: Sic enim volo manere: Er certe debetur illi corona Martyrii vi promissionis: Calicem meum bibetis: quam tamen nondum acquisivit: Atqui S. Joannes defacto in calis cum Christo beatus est: Ergo postum Beati de calis redire in terram. Respondeo, nego assertum, & dico, Christum non assertive, sed conditionate dixisse: Sic enim volo manere, quid ad te? ut retunderet curiositatem Petri querentis: Hic autem quid? Porro S. Joannes defacto Martyr est, quia in dolum ferventis olei immisus fuit &c.

Dices 2. Graeci celebrant defacto festum Elia, illique templa erigunt, quod non fit, nisi Beatis. Respondeo, celebrant mirabilem illius raptum, & in memoriam raptus erigitur Ecclesiam, imo Ecclesiam non eriguntur Sanctis, sed Deo in memoriam Sanctorum &c.

Dices 3. Si Elias & Henoch sunt viatores, tunc merentur, & consequenter per tot annorum millia augebunt merita ultra omnes Sanctos: ad quod asserendum plane nullum datur fundamentum. Respondeo, probabilis eorum merita suspenduntur, tum quia (ut aliqui dicunt) sunt in statu medio inter Beatos, & Viatores, tum quia altissima contemplatione absorpti, & quasi sopiti, nec patiuntur, nec quidquam molestiam habent &c. C. in Gen. 5. v. 24.

III. Est metuenda propter anciana Dei judicium.

Si unus tantum in mundo damnaretur, quis haberet causam metuendi ne ille unus sit: Unus ex vobis me tradet, & contristati sunt omnes. Quanto magis metuamus, cum tantus sit numerus reproborum? S. pnnct. 142. f. 448.

Quia nemo scie an sit predestinatus ad gloriam, aut praesentis ad peccatam, ideo semper timendum. Paoletti. Fer. 4. post Doan. Passion.

Judas Apostolus perit & latro in cruce salvatur: Augustinus convertitur, & Origenes pervertitur: multi, qui pluribus annis sancte vixerunt, ultimo in peccatum, & interitum prolapsi sunt: e contra multi, sceleribus diu petulicentes,

demum conversi, & salvati sunt. Quare? ut semper timeamus offendere Deum, qui est Dominus suarum gratiarum, & nobis non indiget!

Veteres fingunt quemlibet Deorum sibi designate arborem infructuosam: Jupiter quercum, Venus myrrham, Apollo laurum, Neptunus rubum, Juno Juniperum. Cur infructuosam? Nempe ne talis adlectio fructui arboris adscribere possit. Nos homines aridi, & sicci sumus: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis, consequenter gratia praedestinationis primario est mera gratia Dei. M. conc. 36. assumpt. 1. n. 8.

Sancti mittunt coronas suas ante thronum, quia haec diademata plus Dei sunt, quam suam propter gratiam praeventientiam. O Bonitatem Dei, quae nostra vis emendat, quae tua sunt dona, ait Celestinus Papa. M. conc. 36. assumpt. 2. n. 5.

Milites cum ex gravi delicto pro vita & morte ludere iubentur, quantum trepidant, expallentesque, contremiscent; quia nesciunt, an jacta alexa vitam illis aut mortem sit allatura. Ita in timore & tremore operari nos oportet; quia nescit homo, an amore aut odio dignus sit.

III. Praedestinatio est gratuita, sed glorificatio ob merita.

Non dicat aliquis: praedestinatus sum: ergo sine labore salvus ero: fallax est conclusio: Christus Apostolis promisit Spiritum Sanctum, & tamen illi erant severantes in oratione: Cur orabant? non ponit enim Christus non stare promissis? S. Vincent. Ferr. respondet, quia rogaruntur ad postulo. Sicut si Pontifex tibi promittat dolium balsami, tu vero dolium prius stercore repleas, non potest stare promissis Pontifex defectu se tenere ex parte tui. M. conc. 36. ass. 1. n. 10.

Miles congressurus cum hoste invocavit auxilium Minervae, & haec illi victoriam promissit. Descendit igitur in arnam non tam pugnans gladio, quam ferus de triumpho, cumque ab hoste vulneraretur, exclamavit: ubi est Deorum iudex? ubi est promissa victoria? verum vocem de caelo audit: Non orienti, sed pugnanti promissit victoriam. Sic res se habet in promissione beatae praedestinationis: Deus dat gratiam, & ex parte nostra exspectat cooperationem.

S. Bernardus ait: tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & san-

Apoc. 19.

Celestin. ep. ad episc. Afr.

S. Aug. de civ. 12. ad temp.

S. Aug. Ep. ad Cor. 1. unat.

Jerem. 23.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Bernar. de 1. v. 1.

Deit. Ec. 1. v. 1.

Gen. 17.

Ecc. 14.

Ecc. 1.

114. Resignat peccata.

sanguis, nimirum bona operatio, poenitentia, & continentia: haec tria testes nobis sunt, & signa impetranda gloriae. S. Antonius Abbas haec tria salutis remedia dedit: 1. Quocumque vadis, semper Deum pra oculis habe. 2. In his quae agis, adhibe testificationem Sacrae Scripturae. 3. In quocumque loco federis, non cito movearis. Haec tria custodi, & salvaberis. Audiamus S. Augustinum: Beata vita est cognitio Divinitatis, cognitio Divinitatis est virtus boni operis, virtus boni operis, fructus est aeternae beatitudinis. C. in 2. Petri c. 1. v. 10.

PRESENTIA DEI

113. Est expeditissimum remedium ad perfectionem.

Deus juxta S. Aug. est merus oculus, omnia videt, mera auris, omnia audit, mera manus, omnia operatur, mille mundos implet &c. B. Ser. 4. n. 22. C. in Ecc. 23. v. 28.

Caelum & terram ego impleo. Ubi S. August. Tu Domine caelum & terram imple, plens, omnia portans sine onere, omnia imple, plena sine inclusione &c. A. lect. 8. n. 2.

Deus ubique est, ait S. Bernardus, sed & dissimulans: apud Elektos operans & servans: apud superos passens & cubans: apud inferos arguens & condemnans. A. lect. 8. n. 2. Et. ibid. 5. 3.

Hinc Sancti non curarunt exilia: Solus non est, qui sine Deo non est ait Sanctus Cyprian. C. Exot. 2. v. 15.

Ambula coram me, & es perfectus, ubi alit legitur, & eris perfectus. Beatus Vir qui in sensu suo cogitavit circumspectionem Dei, id est ille habebit beatitudinis circumspectionem. S. punct. 57. fol. 203. A. lect. 7. n. 24.

Ilia animalia plena oculis ante & retro sunt figura iustorum, qui operando, loquendo, manducando &c. semper Deum coram oculis habent. S. pun. 57. f. 204.

Noe iustus erat, quare? quia te vidi coram me. S. pun. 57. f. 206.

Hebraei adolescentes ex Regio sanguine olim querebantur, in quibus nulla esset macula decori forma, & eruditio omni sapientia. Quare adeo mundi? quia debebant stare in conspectu Regis Nabuchodonosor. Si tantam munditiam exigunt oculi Regis terreni, quanto magis caelestis? A. lect. 7. n. 17.

D. Claus Spicil. univers. Paris L

S. August. ait: Nobis est inditua necessitas, & recte vivendi, quia cuncta factus ante oculos iudicis omnia cernentis. Quis enim fur sub conspectu iudicis audiverit furari? M. B. Ser. 4. n. 23. C. in 2. Petri. 3. v. 14.

David de se fatetur: Servavi mandata tua, quia omnes vis me in conspectu tuo. Cur Susanna non peccavit in orto, e contra peccaverunt primi parentes? quia illa Deo praesentiam coram oculi habebat, e contra illi sperarunt se posse abscondi a facie Dei. Absconderunt se sub arbore. B. Ser. 4. n. 24. & seq.

David in solitudine idumae sicut in sancto apparuit, ex consideratione praesentiae Dei. S. pun. 55. f. 198. Et A. lect. 7. n. 12.

Qui nefas cogitat solitico inquirat nullus spectator adit, quanto magis vecundare debes, si consideras omnia plena esse Deo, ait S. Ambr. S. pun. 58. f. 200.

Joseph tentatus respondit, quomodo possum hoc fecere? ubi Ambr. pulchra ratio, quod nec occultum posset esse peccatum, quod Deo teste committeret. S. pun. 56. f. 203.

Haec una cogitatio, si esset assidua, contra omnia vitia madalam preberet. C. in Gen. c. 6. v. 9. f. 209. col. 1.

Seneca ait: Magna peccati pars tollitur, si peccatoribus testis assistat. Et Tales Siliculus unus ex Sapientibus Graecis: Homines existimare oportet Deos omnia cernere, & Deorum omnia esse plena, & ita omnes erunt meliores, si Deo teste se omnia agere confiterent. A. lect. 7. n. 11.

Servus ille decem millium talentorum debitor coram Domino genuit, humiliatur, veniam rogat: at quamprimum ex oculis Domini abivit, conservum immittit cordier jugulavit. &c. A. lect. 7. n. 31.

S. Ephrem ab impudica muliere ad nefas invitatus, condixit illi, quod velicum ea in publico foro coram hominibus peccare. Averfante illa, subintulit: si rubescere coram hominibus, quanto magis erubescere debes coram Deo. E. Eruejere.

Sancti Dei semper praesentiam Dei ante oculos habentes omnia sancte & caste peregerunt, e contra impij omnia male de quibus dicitur: Non est deus in conspectu ejus, iniquitate sua vis illius omni tempore. Tales fuerunt illi senes infilianes Susanna. C. Gen. 39. v. 9.

S. Basilus rogatus, quis frequenter ica-scitur? quis ad bona opera piger est? Quis

D 3

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

S. Amb. 1. de 1. v. 1.

Dei gloriam non promovet: hoc unum ad singula respondit: Qui non semper cogitat, Deum suarum actionum inspectorem esse; hec enim una recordatio, si esset assidua, contra omnia vitia medelam preberet. C. Gen. 6. v. 9.

Virga vigilans, quam Jeremias vidit; significat potentiam & imperium Dei; sic Aegyptii pingebant Deum quasi oculum baculo innitendum. 2. Significat celerem Dei ultionem punientis peccata, ut peccatores ad poenitentiam adducat. C. in Jerem. 1. v. 11.

114. *Oculi Domini multo plus sunt lucidiores super solem.* Sol est totam terrae superficiem circumspicit, tamen non intrat mores, & actus hominum internos, non penetrat profundum abyssi, non inspicit corda, nec absconditas mundi partes. Hec autem omnia Divinis oculis pervia sunt. Videt terrae viscera & centrum, loca inferni, demonum, & damnatorum tormenta, in toto mundo autem omnes angulos, cubitula, lectos, antra, cavernas, & latibula &c. Quis potest cogitare ista, quin deturatur a peccato? C. in Eccli. 23. v. 28.

115. *Ex defectu considerationis presentia Dei peccata innumera.*

114. *Non est Deus in conspectu ejus.* Quid deinde? iniquitate sunt via illius. Ubi S. Aug. prodeant in medium, qui male vivunt, hi non solum corde, sed & factis Deum negant: talia ajunt, quae indicant, quod Deum presentem non credant. S. punct. 55. F. 199.

Cur Petrus negavit Christum? quia sequebatur eum a longe, non negaturus, si semper & propinquo Christum sub oculis habuisset. M. conc. 13. assumpt. 2. n. 3. Et A. lect. 7. n. 18.

Judaei petulantissima verberibus, ac spuriis inhonorant Christum: quomodo tantum nefas aucti sunt sine omni reverentia, & pudore? quia prius velabant faciem Christi, aut Beda. S. punct. 12. f. 583. Et A. lect. 7. nu. 32.

Ethnici metuebant vivere sub conspectu Dei, hinc aliqui solem statuerunt pro Deo, ut scilicet de nocte a conspectu Dei essent securi, alii lunam, ut de die. S. 1b. f. 584.

115. *Secula ac flagitiosissima peccata sepe apud hominem abundant: Quare? quia non est Deus in conspectu ejus.* Supra quae verba S. Ephrem: Ubi memoria Dei absit, ibi tenebra cum fletore dominantur. A. lect. 7. n. 27.

Filius prodigus in do mo paterna bene erat moratus, vix ex patris oculis abiit;

cum fuit porcis unius. Quia abiit longe s. Chrysostomus plus mente, quam loco, ait S. Chrysol. 101. Ser. 1. A. lect. 7. n. 28.

Mundus fecleribus plenissimus est, quia nullus est, qui recogitet corde. A. lect. 7. n. 30. Sic terra, cui contiguam adificium conspectum solis eripit, propter continuam umbram, & frigiditatem non est apta ad producendos flores, sed folas urticas: ita homo qui presentia Dei oblitivetur non virtutes germinat, sed in vicia prolabitur. beg. Mann. 3. Sept. n. 4. in fine.

116. *Semper cogitatur a justis, fugitur ab impiis.*

Heliotropium semper ad solem, homo justus semper ad Deum respicit. S. punct. 57. f. 205.

Adam quamdiu coram Deo ambulat, justus est, cum vero se elongavit a Deo, ita, ut clamari debuisset, Adam ubi est? peccator erat. Abel coram Deo ambulat, Cain fugit a facie Domini. S. punct. 57. f. 205.

117. *Operatur in nobis victoriam tentationum.* Illa quatuor animalia semper habebant facies avertas, & si procedebant, ut fugerent revertentur: ita homo justus, cum interdum ad sua negotia recedat, statim ad Deum revertitur: ita fecit David inter regni negotia. S. punct. 57. fol. 205.

Ethnici sub aspectu Dei vivere volebant, hinc aliqui solem pro Deo habebant, ut scilicet noctu ab aspectu Dei essent liberi, alii lunam, ut de die, ait S. Cyrillus. S. punct. 12. f. 584.

Duo fenestras Sufannam ad nefas invitare aucti sunt; quia sibi persuadebant, quod illi essent, & a nemine viderentur. Tunc S. Basilii, homines ad scelera descendunt, ait S. Basilii, cum aut Deum non inspicere, aut illi curae non esse ea, quae hic geruntur, autumant.

In sensu sit tibi cogitatus Dei: Id est in mente, in opere, in verbis sit locutio tua de Deo, praesertim in conviviis, sicut fecerunt primi Christiani in Agape: hoc fecit David: Providebam Dominum in conspectu meo semper, atque haec est inchoatio vitae angelicae & beatae; angeli enim semper vident faciem Patris. C. in Eccli. 1. v. 9. v. 23.

Ne dicas, a Deo abscondat? Ecce impii, ut remorsum conscientiae sopiant, ex tribus rationibus sibi fingunt, se a Deo non videri. 1. Quia Deus est; indignum enim videtur, quod cellissima Majestas attendat ad infimos hominum, qui ad eum quasi locustae & pulices sunt. Verum Deus sicut immetus est, ita oculum habet immetensum &c. 2. Dicunt, quod

Jerem. 12.

Eccli. 1. v. 23.

Psal. 15.

Eccli. 16.

Deus

Deus longissime absit a nobis, & in summitate caelorum habitat. Verum Deus habet oculos acutissimos: totus mundus respectu illius est velut punctum: sicut ergo in parvo cubiculo herus omnia videt, sic Deus in mundo. 3. Dicunt, infiniti sunt hominum miliones, in tanta multitudinis ego non agnoscat. Verum cum numerus hominum sit finitus, infinitus Dei oculos omnia comprehendit. Hinc Sancti cum Davide clamaverunt: Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? C. in Eccli. 1. c. 9. v. 23.

Psal. 139.

Quilibet Christianus dicat: Nostri conversatio in caelis est. 1. Quia mentem & cogitationem habemus continuo de Deo, de Sanctis, de vita beata, S. Maria Ogniacensis nihil loqui est solita, nisi de Deo, & Sanctis, hinc Sancti suum festum illi pronuntiare solent. 2. Conversatio nostra in caelis est per spem, quae tendimus ad caelum, & brevi Christum videre speramus. 3. Conversatio nostra in caelis est per vitam caelestem, quam in se teris agimus puram & sanctam, qualem Angeli agunt in caelis. Haec conversatio signum est aeternae electionis. C. ad Philip. c. 3. v. 20.

Psal. 139.

Sanctus Rex David conqueritur de opportunitate renum suorum: Usque ad vultum increperunt me renes mei: Cardinalis Cajetanus intelligit per renes tentationes carnis, sed quae arte vici; Providebam Dominum in conspectu meo semper. A. lect. 7. n. 12.

Psal. 31.

Hunc ipsum in sinem alibi dicit: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam insepulchrum de laqueo pedes meos. Patentiissimus Job horrendum in modum tentatus in omnibus: his non peccavit labii sui, Quare? quia semper cogitabat, Ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat. A. lect. 7. n. 13.

Job. 31.

Vereres Hebraei adstruunt Ismaelem fuisse latrocinis deditum: Cardinalis Cajetanus defendit Ismaelem contra hanc calumniam, atque hujus defensionis argumentum fortissimum affert, quia in scripturis dicitur: Est filius Deus cum eo. Impossibile enim esse ait, ut aliquis latrocinia faciat, qui in Dei conspectu ambulat. A. lect. 7. n. 14.

Sufanna & Josephus superant tentationem: Quare? quia Deum pro oculis habebant. Cogitemus Deum semper presentem, & statim est agiet omnis illicita concupiscentia.

Sicut impossibile est, quod aliquis subditus conjunctionem faciat sub oculis regis, ita ait S. Theresia, impossibile est peccare eum, qui Dei presentiam coram oculis habet. A. lect. 7. n. 15. & 16. C. Eccli. 16. v. 17. Modus autem semper versandi in presentia Dei, & sic animum munitendi contra infideli inimici, est. 1. Si Deum quasi Spiritum per caelum & terram diffusum tibi repraesentet, 2. Si Deum in corpore & anima tua inhabitantem, eaque conferantem intuearis. 3. Si Deum ad omnes actiones tuas concurrentem aspicias. 4. Si Deum incarnatum, & in terra ambulantem coram oculis habeas. 5. Si tu presentem in Eucharistia saepe saepius per diem adores &c. C. in Eccli. 47. v. 10.

118. *Est potens stimulus ad conversionem peccatorum.*

S. Petrus ter negavit Dominum: paulo post autem ardentissime peccatum deservit, quia se respexit Dominus Petrum. S. Paulus persecutus est Ecclesiam, ut autem vocem audivit: Quid me persequeris, statim conversus est. A. lect. 7. n. 18. 19.

Luc. 22.

Act. 9.

Sanctorum aspectus terret peccatores; ita Keinerius Marchio impius de S. Romualdo dicere solebat: Non Imperator, non aliquis mortalium tantum mihi metum valet incutere, quantum me Romualdi terret aspectus. Sancta Coleta impuros homines solo aspectu caecos reddidit. Sancta Maria de Ognis scandalorum Clericum Cameracensem solo aspectu ita commovit, ut ille estuissimas lacrymas fletet. S. Malachias Hiberniae Episcopus sola presentia, & verborum gravitate amarae numerum regressit, qui cum occideret decreverat. Ideo operatus est S. Norbertus, S. Egonius & alii. Quod hoc valet aspectus Sanctorum, quid non valet ad conversionem peccatoris presentia Dei &c. A. lect. 7. n. 20.

S. Ephrem, & Paphnutius impudentissimi feminas per Divinae presentiae inculcationem convertunt. A. lect. 7. n. 22. & sequ. Mulier quaedam impuro corpore questum factura, intuitu Polamontis casti Philosophi continet se lascivio opere: quanto magis id Deus efficit? Rex Antigonius ex latibulo audiens milites contra se loqui, caput exultit, iniqui, recedite, Rex audit: ita monendi essent peccatores: Recedite in angulos Divinis oculis impervios &c. P. p. 2. disc. 1. n. 11.

Quantum erubesceret Nobilis, ex sua cul.

D 4.

culpa ad paupertatem redactus, qui olim in aula primarium inter proceres ministrum egit, si attritis vestibus, aut lacrimis tectus coram oculis sui principis comparere deberet: Talis fors est Christiani, qui vestem gratie in Baptismo, aliusque Sacramentis receptam per peccatum perdidit. O quantum erubescere seipsum coram Deo debet &c.

119. Potens stimulus ad virtutem & sanitatem.

Sicut pueri, & famuli verecunde, submissè, reverenter, ac solite se gerunt, quamdùm cum parentibus ac Dominis versantur, curantque ne vel in puncto ab illorum voluntate aberrant; ita homo Christianus in conspectu Dei agit. Hunc in finem cogite 1. Quam augusta, sublimis & tremenda sit Dei Majestas, sub quibus oculis columna celi, Cherubini, & Seraphini contremiscunt. 2. Cogite, quam exactè illa Majestas sibi a nobis, terræ vermiculis serviri velit; & sua iusta servari: Mandasti mandata tua custodiri nimis. 3. Cogite peccata præterita, & pericula presentium, & futurorum: Cum metu & tremore salutem vestram operamini. 4. Cogite se in agone versari contra hostes, & Deum se spectatorem & adiutorem habere. 5. Cogite omne bonum se a Deo habere, & esse Dei mendicium. 6. Cogite illud Moylis: Deus noster ignis consumens est: sicut ergo cum igne, ita & cum Deo solite agendum, ne igne seu fulmine nos deturbet ad tartara. C. Michæ 6. v. 8.

Ita solite cum Deo ambulabat Job, dicens: Verbera omnia opera mea, sciens quod non pareas delinquenti. Ita Tobias moriens testamentum monuit filium: Omnibus diebus vite tue in mente habeto Deum. Et cave ne aliquando peccato consentias. Ita S. Casilia solite ambulabat cum Angelo Custode & cum Deo, tota vacans orationi, jejuniis, cilicio, & conversiani animarum. Ita S. Aloysius in aula Regum & Principum versatus, inter medias illecebras se illisum conservavit ab omni peccato. C. Michæ 6. v. 8.

120. Semper cogitari potest, etiam inter negotia.

Angelus ille, qui duxit, & redexit Tobiam, tamen affirmavit, se esse vixisse illis, qui aditamus ante faciem Dei. S. pan. 57. f. 206.

Non omnes possumus federe ad pedes Redemptoris cum Magdalena, sed aliqui ministrare debent cum Martha: nihilominus Martha etiam inter negotia stetit, & ait: Domine &c. S. pan. 57. f. 207.

Beatus Henricus Saso spirituales quamdam filiam hortatur, ut inter omnes diei occupationes Deum semper corde, ore, & sensibus gerat, sibi que dictum patet illud: Pone me ut signaculum super cor tuum &c. Quod vero iste Dei famulus alteri suavit, id ipsum & ipse sedulo exercuit, in cibo, in potu, in lectione constantem cum Deo agebat. A. lect. 7. n. 3.

Sicut Spiritus Angelici, etsi in nostra custodia sint occupati in terris, tam Deum intueri non desinunt in caelis: Ita servi Dei agunt, dum in quovis loco, tempore & occasione Divinam presentiam mente recollere non desinunt. Mansi Disc. 8. n. 5.

Judas Machabæus cum magna confidentia, & generositate inivit prælium, & hostium triginta quinq; millia prostravit. Quo remedio ita confortatus est? quia Deum præ oculis habuit, dicente Scriptura: Congressi sunt, manu quidam pugnantes, sed Dominum cordibus orantes. Lingula Magnetica dirigit cursum navis, respicit omnes stelauros in navi repositos, & tamen semper respicit stellulam polarem. Sic Sancti sine fine dicunt: Providebam Dominum in conspectu. Pl. 138. in eo semper &c. C. Eccl. 9. v. 22.

121. Semper cogitata quantos asserat fructus.

Primus est fuga peccati. 2. Victoria tentationum. 3. Securitas animi. 4. Talis homo est quasi angelus. 5. Exeratur ad amorem Dei. 6. Fugit iram, concupiscentiam &c. C. in Gen. c. 17. f. 159. col. 1.

S. viduas morturus inter alia monita filio data eum hortatus maxime est, omnibus diebus vite tue in mente habeto Deum. Sanctus Rex Ludovicus postquam in Syriam exercitum trajecit, peste correptus cum sibi mortem imminere crenebat, filiam Philippam accersivit, & inque instantem admonuit, ut Deum semper præ oculis haberet. Sanctus Antonius Abbas quæstus a discipulo, quid agere deberet, ut Deo semper placeat, edixit illi: Quocumque vadis, Deum semper habeto præ oculis tuis.

S. Theresia non solum dum vivit, in Divina presentie exercitio semper versatur, sed etiam post mortem apparens, sua.

suis Religiosis presentiam Dei inculcabat. Id ipsum facere S. Hyppolitus; S. Augustinus, S. Bernar. & alii. Cur autem hi Sancti tamen energice inculcant hoc documentum? quia nempe presentia Dei nobilissimum, sanctissimumque effectus in anima operatur. A. lect. 7. n. 4.

Ardua res est orare sine distractionibus: sed quomodo hæ vincendæ? S. Basilus ait: Si cogites te assistere ante oculos Domini. C. Exod. 30. v. 1. fol. 567. c. 2.

Deus in anima iusti, tanquam in templo suo, substantialiter inhabitat: igitur eum per fidem homo semper intueatur, semper in tantæ Majestatis oculis digne ac reverenter versetur. C. Aggæ 2. v. 24. Et Osee 1. v. 10.

Sicut Seraphini, ita & nos in conspectu Dei versari debemus, timore & tremore, sancta intentione, oratione, fiducia & reverentia. C. Michæ c. 6. v. 8.

122. Animas iustos ad quævis ardua superanda.

Patriarcha Moyses in aula Pharaonis entricus, aulam, & Ægyptum deserit. Itane aulam & Ægyptum, ubi tam delicate fuit habitus? an non illi dolet iactura deliciarum? an non illi dolet iactura potentiam? an non horret itineris difficultatem? Nihil horum! quare? quia invisibilem tanquam videns sustinuit. A. lect. 7. n. 4.

Hebr. 11.

Sancti omnes, qui per fidem vicecerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repositiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, & alia prodigiola opera effecerunt, hæc omnia effecerunt intuitu presentie Dei. A. lect. 7. n. 5.

Hebr. 11.

Miles cum in conflictu advertit, se Regem spectatorem habere, viribus omnibus generosissime pugnat: Ita Christianus in conspectu Dei agit contra tentationes: Si viduas mente semper Deum, omnia vobis facilia apparebunt, omnia sustinebimus, omnibus superioribus efficiemur, ait S. Chrysol.

S. Chrysol. Hom. 2. ad Hebr.

S. Epheusi a procaci muliere ad nefas invitatus, bene est, agebat, peccabo tecum, sed in publico Urbis Edesse foro. Rentente illa, subintulit: Siccine peccare erubescis coram homine, & non exhorrescis coram Deo presente, & omnia intuentem? Quibus verbis illa ad presentiam conversa est. Mansi Disc. 9. n. 2.

Thes. 3.

Memoria memor ero, & tabesceat in me anima mea. Disce hic, quantum bonum sit jugis Dei memoria; hæc enim omnium bonorum est causa, sicut oblitio omnium malorum. C. Thren. 3. v. 20.

Cum simplicibus sermoneis eius. Hortatus iusti, qui ambulat in Dei presentia, ejus amici & secretarii sunt, quibus arcana iudicia & consilia pandit, tum quæ in Scriptura revelat de prænitiis celestibus, tum quæ per internas inspirationes, consolationes, & illustrationes illis suggerit, quibus eos ita roborat & exhilarat, ut omnia mundi prospera contemnant, ac nulla ejus adversa formident. Id liquet ex vita Abrahæ, Isaac, Jacob, Moylis, Davidis, Isaie, & Prophetarum, quibus Deus sua secreta patefecit. Idem liquet ex vita S. Antonii, Hilarionis, Pachomii, aliorumque Anachoretarum: quibus Deus multa futura revelavit. Item ex vita S. Mechthildis, Lydvina, Maria Ognitensis, Catharine Senensis, cum quibus Christus ita familiariter agebat, ut eas doceret legere, psallere, & Horas cantare. B. Hermannus Josephi nomine insignitus, Beatissime Virgini a Christo fuit desponsatus &c. C. Prov. 3. v. 32.

Dicitur, quod nobilissimis feminis in suo habitacionis cubiculo elegantissime icones, & ædylpa appendantur, ut eorum aspectu proli, quam in utero gerunt, æqualem pulchritudinem consciscant. Parem in modum anima in solitudine habitans, ex presentia Dei, quam semper præ oculis habet, celestem imo Divinam indolem inobibit. Unde enim est, quod homines illiterati & rudes, nonnunquam de Deo, & rebus Divinis profundiori sapientia loquantur, quam excelsi Theologi? non alia ex ratione hoc fit, quam quod Deus, quem intus presentem habent, se illis ab omni strepitu mandando remotis, arcana communicatione infundat, iuxta suum promissum: Ducam eum in solitudinem, & loquar ei ad cor!

Econtra undecit, quod homines, etiam litterati, qui in continuis mundi fabulationibus conversantur, tam absurde de Deo, & rebus sanctioribus garrunt, ut per catheticum longe profundius illis sapiat nempe ex conversatione cum Deo, aut cum mundo homo sapit vel desipit &c.

124. Non debet temere examinari ab homine.

Videmus peccatores in divitis, probos in miseris viduam impium diu pinnæ brevi.

brevi vivere: videmus multos, postquam diu servierunt Deo, peccare, & damnari, alios, postquam diu servierunt diabolo, converti, & salvari: videmus unum puniri, alteri parci: videmus pauperem abundare proliis, divitem carere: cur illa? Noli querere ait Jeremias: *In novissimis diebus intelligitis consilium eius.* Et in hunc sensum respondit Christus Petro: *Nesciri modo, scies autem postea, scilicet in iudicio, ubi Deus clara reddet, quae nunquam fuerunt occulta hominibus,* ait Cajetan. 4. B. Sermon. 32. n. 8. 9. &c.

Domini in silva amittens crumenam, quaerit ex famulo, an eam non invenierit? neganti ex furore pedem amputat. Anachoreta audiens lamenta vulnerati, eumque in cellam recipiens, mirabundus interrogat, quae hac fit Dei providentia? apparet illi Angelus, eumque edocet: Dominum perdidisse crumenam, quia summo detrimento illi fuisse pecunia. Servo amputatum esse pedem, quia aliquando matrem caele percussit. Qui vero crumenam invenerat, fuisse pauperulum, pecunia optime usum. T. n. 79.

Postquam Christus multiplicatione panis miraculum fecit, Pharisei tentant eum petierunt, ut *signum de caelo ostenderet eis:* se dein credituros in eum. Sed Christus non audit petitionem; quia Providentia non patitur sibi leges praescribi. C. Matt. 16. v. 1.

125. Mirabilis circa nutritionem, & medicina naturalia solorum.

Manna incorruptum mansit in arca usque ad tempus Jeremiae. Quare? Ideo ait Abulenfis, ut hominum argueret diffidentiam.

Viduz Sireptanz mirabiliter augetur oleum. B. Sermon. 58. n. 33. & 34.

Si ferri aliter non possit Deus potius miraculum faciet, quam deferat iustum. Jb. n. 37. Dum peccas, quaerit Bernardus, an veniam speras? si non speras, stultitia est peccare, quia eris aeternum perditus. Si speras: cur non & speras alimenta, quia haec minus quid sunt: creare elementa requirit omnium fiat, sed remissio peccati requirit sanguinem Filii Dei. B. Sermon. 58. n. 36.

Nolite in sabine tolli &c. Id est intuites sidera, lunam, & anni rationem, sed Divina Providentia fideo. S. pun. 78. L. 249.

Ego parvi, & hereditas tua: prius dixit Deus non habebitis partem inter vos: et in dicit: *Ego pars tua &c.* quasi diceret ait

Joan. 13.

Matt. 16.

S. Bernar. ap. sign. eric. 2. M. di. de Salo. 7. 3.

Xum. 18.

Ambr. Ego arva, vineta, oliveta, legetes, uvae, olivae: ego absque vomere, & aratro, absque ullo labore, & curam reddam vobis, quae necessaria sunt. S. pun. 78. L. 250.

Sentit de Domino in Bonitate, ubi S. Petrus Chrysol. quis Rex devotus militibus debitorum non procurat annona? Coctino in festo S. Bened. confid. l. n. 1. Et A. lect. 8. n. 20.

Pauperula vidua Romae praedonem sibi vim inferre volentem clava trucidat, & dum desperata esse omnia putat, subito ingenti pecunia donatur a magistratu, quae in caput illius praedonis statuta erat. D. 7. 33.

S. Cyprian. ait: *Cum Dei sint omnia, habent Deum nihil deerit, si Deo ipse non desit.* D. 7. 67. Vide Tit. *Nutrimtum hominis.*

Mercatoris naufragi, & incarcerationi uxorem non consentit impudico sollicitator: ea res adeo placuit praedoni in eodem carcere captivo, ut par istud conjugium heredem suorum bonorum fecerit, uxorie thesaurum prodidit, quo illa ubique creditoribus satisfecit: Ecce! qui non deserit Deum, non deseritur. D. 7. 100. Sanchez 5. par. c. 8. f. 367.

Josephus ab Arimathia, qui Christum sepeliverat, a Jadais immutatur, ut sic fame pereat: sed per quadraginta annos lumen ac panem e caelo accipit, donec a Tito Imperatore fuit liberatus. Sanchez 6. par. c. 5. f. 741.

Nobilis quidam extreme depauperatur: & ecce praeter spem recipit apocum, a quilibet S. Apollinaris Patriarcha quinquaginta talentis erat obstrictus: hanc apocum finxit ipse S. Patriarcha, ut possit nobili depauperato succurrere. R. 1. part. mir. 46.

S. Hursus orta gravi fame triticum hodie ferit, & cras matrum metit. R. cent. 2. part. 1. mir. 3.

Momachi e civitate a Squirio gentili praefecto expulsi in solitudine famem & egestatem patiuntur. Interim Squirius nodu a caelesti genio increpatur, & flagellatur, quod in asilaxu vivens famulos Dei inedia perire sinat: Squirius ergo ablegat camelos annona onustos, qui sine dolo re ad S. Frontonem Abbatem ibant & retribuit, eo miraculo praefectus ad fidem conversus fuit. R. cent. 2. par. 1. mir. 20.

In Regno Congo, ubi Millionarii per vastas solito fines itinerari debent, avicula est hominibus perquam benefica: viso enim homine eum ducit ad apraria, ubi melle apum delicatissimo refecti potest. R. cent. 3. mir. 34. Sebastianus Apparitus in juventute a pe-

S. Ambros. 1. de fidei iaculi c. 2.

S. Petrus Chrysol. dicit. 163.

S. Greg. 1. 3. Dial. c. 37.

ste correptus a patre in silvam exponitur, & mirabiliter a lupo conservatur, factus dein in Ordine S. Francisci frater laicus, & mirabilis damonum domitor. R. cent. 3. mir. 4. part. 2.

Vir pius ac Religiosus a divite ad prandium invitatus, cum licentia invitantis dat famulo scutellam cum edulio cooperatam, eamque jubet in eam domum inferri, ubi ventus operculum sic abrepturus. Paret famulus, & ventus abripit operculum ante domum palatio simillimam. Abhorret primum, dein a viro pio iterum animatus ingreditur cum epulis domum, & invenit numerosam prolem siliquas porcorum comedentem. T. n. 87.

Sandulus cum non haberet, unde operarios, templum S. Laurentii reparantes, solveret, furnum accessit, & in eo panem invenit, quem laborantibus distribuit, sed in ejus manibus adeo crevit, ut per decem dierum spatium omnibus satians sufficeret. Vide Tit. *Nutrimtum hominis.*

Filla pauperula ut in fame & egestate castitate servaret, capillos capitis sibi abradit, eosque vendidit. Nobilis quidam visio pulcherrimo capillitio concupiscit tentationibus ad nefas stimulabatur, id cum senior, ejus conscientiae director, adverteret, praecepit cuidam viro, ut juvenem continuis jurgiis & convitiis molesteret: factum id est per integrum annum, & sic cum juvenis continua tristitia affigebatur, fuit liber a concupiscentia stimulis. Sic Deus facit, clavum clavo pellit &c. E. Verbo *Amor illicitus.* n. 3.

Petrus Consalvus ex Ord. S. Dominici, quoties indigebat, ad ripam fluminis accessit, & pisces advocavit, qui adnantes se capi sinebant, quantum ille volebat. Mansi Disc. 8. n. 3.

Mirabilis fuit Providentia Dei, qua Hebraeos per triginta & octo annos in deserto, regione aridissima sustentavit. C. Num. 10. v. 12.

Deus tam providus, ac bonus est, ut ad necessitates hominum attendens in tempore opportuno succurrat. Sic in provincia Gorgianorum lacus est, in quo nullus piscis toto anno reperitur extra quadragesimam, quo tempore sapidissimis piscibus abundat. VV. art. disc. font. 28. Ex. 16.

Quidam mundum deserens, & in eremum concedens, cum ex herbarum radicibus vivere decrevisset, & earum seledum ignorans, noxias ac venenosas guttaret, fere se ipsum, destructa sanitate, interfecit. Tum ad eum lrex accessit, cuius collatum pridie herbarum fasciculum objecit: & ecce! fera herbas virulentas rejiciens, atque innoxias eligens, eremicolam, quid edere, quid respuere deberet edocuit. E. Ignorantia.

Abbas Stephanus indigente Cisterciensi familia misit cum tribus denariis fratrem,

ut tres curus onerarios cum vicidualibus compararet. Frater cum Veselliacum venisset, exceptus hospitio a pio viro narravit indigentiam sui Monasterii. Vir autem quantocumque ivit ad agonizantem divitem, qui Cisterciensi familia ingentem pecuniam summam donavit. Frater pro hac pecunia emit tres curus vicualium & ad monasterium reverens est. E. *Sollicitudo.* n. 3.

S. Fronto Episcopus a Squirio civitatis praefide perfectionem passus in eremum concessit. Cum autem focii illius ob indigentiam vicium murmurarent, Angelus noctu ad Squirium venit, eique praecepit, ut famulos Dei esurientes pasceret. Squirius 70. camelos annona oneratos misit & ipse baptismum recepit. E. *Sollicitudo.* n. 4.

126. Mirabilis circa preservationem a peccatis.

Sape non capis, mi homo, quae decussa Deus hanc tibi crucem, hanc perfectionem, aut assiduum submittat. Audi quid iudicem hac in re. Juvenis quidam importunis concupiscentiae tentationibus ad nefas stimulabatur, id cum senior, ejus conscientiae director, adverteret, praecepit cuidam viro, ut juvenem continuis jurgiis & convitiis molesteret: factum id est per integrum annum, & sic cum juvenis continua tristitia affigebatur, fuit liber a concupiscentia stimulis. Sic Deus facit, clavum clavo pellit &c. E. Verbo *Amor illicitus.* n. 3.

Juvenis Monachus ad Villanum missus, ut vicium necessaria afferret, invenit solam Villani filiam domi, a qua ad nefas sollicitatus, & clamans: Domine miserere mei per preces senis, qui me mitit &c. subito raptus est ad viciniam Monasterii. E. *Oratio.* 8.

S. Antonius Abbas vidit mundum plenum laqueis, & videndo exclamavit: Domine quis evadet? Nihilum evadet ille, cujus paterna Dei Providentia curam habet. Hinc Christianus sua falsitas cupidus quotidie Deum rogare debet, ut sua immensa Providentia se contra quotidiana mundi pericula, graves tentationes, mala confortia, pravas occasiones, aliaque peccatorum incentiva ea benignitate praeservare dignetur, qua mater infantulum in glacie tenet, ne labatur &c. *Multa in peccata occidit, ait S. Augustinus, si data fuerit occasio, sed Dei miseratione non me talis opportunus apprehendit &c.*

127. Cur permittat peccatum.

Deus permittit peccatum, quia etiam peccatum tanquam instrumentum aut anam usurpare novit, ad gubernationem mundi, ad justificationem peccatorum, ad glorificationem Sanctorum & alia bona. Artificiose Musicus interdum in cantu vocali unam syllabam aut litteram per complures mensuras cursum ascendendo aut descendendo producit. Sed hoc est contra bonam artem pronuntiandi? Nichil refert; etiam in arte oratoria fit error, tamen in arte musica est venustas, & ab omnibus laudatur. Patem in modum esse peccatum sit error gravissimus in via mandatorum, est tamen in ordine Providentia Divina ansa & occasio ad plurima bona, ita ut in ultima die totus mundus sit illum Dei permittentis ordinem approbaturus. Sic Deus ex peccato protoparentum occasionem cepit ad Dominicam Incarnationem, ex crudelitate tyrannorum educit triumphos Martyrum, ex persecutione impiorum patientiam iustorum &c.

In statu naturae lapsae septem habemus dotes, quae non fuissent in statu innocentiae: Prima est Virginitas. 2. Patientia. 3. Poenitentia. 4. Martyrium. 5. Jejunium seu abstinentia. 6. Paupertas & obedientia Religiosa. 7. Misericordia & elemosyna. C. Gen. 2. v. 25. in fine.

Deus permisit incestum Judae cum Thamar, ut propagaretur familia Jacob, ex qua Christus nasciturus erat: permisit venditionem Joseph, ut ipsum in solium exaltaret. Gen. 38. v. 16.

Item permisit, ut Jacobum cum familia tempore famis conservaret; hinc Joseph ad fratres: *Promissi me Deus, ut reseremini super terram.* C. Gen. 45.

Permisit Deus peccatum ad humilia tionem peccatoris: Fratres Joseph duri putant se innoxios a furto scyphi, animose respondent: inventientes scyphum in sacco Benjamin humiliantur. C. Gen. 44. Vide Titulum: *Peccatum.*

128. Exigit nostram cooperationem.

Jacob in patriam rediens vidit sibi occurrere duas Angelorum turmas ad defensionem contra fratrem Esau: & tamen pramissis muneribus studuit cum placare, & comitatum suum in distinctos ordines divitit &c. Hinc regulam dat. Ignatius ita considerandum esse in Deo, quali ille

solus omnia ageret: & ira adhibenda esse remedia humana, quasi illis solis nitentemur. C. Gen. 32. v. 7.

Ad virtutis cumulum, ait S. Basilus: utraque conjuncta esse oportet, & humanum studium & caeleste auxilium; quamvis igitur verum sit: *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam;* tamen civitas etiam humana opera muniri & custodiri debet. Quamvis verum sit, quod terra fertilitas dependeat a Deo, a quo petimus panem quotidianum, tamen etiam agricultura ad colendam terram concurrere debet &c.

Duo extrema circa Paternam Dei Providentiam vitanda sunt: Nimia sollicitudo circa victum, quam Christus exemplo avium animalium, feni, & florum refutat, nobisque inculcat, ut regnum Dei ante omnia queramus. Dein nimia desidia, seu praesumptio de Providentia, quamvis enim paterne nos nutriet, non tamen id facit, sine nostro labore & cooperatione. C. Matth. 6. v. 25.

129. Mirabiliter disponit, ac ordinat status hominum.

Lapides ad templum Salomonis in campo tudebantur: Quomodo? an ad libitum tudentium cementariorum? nihil minus: sed ad iussa artificum, ait Abulenus: *Fecit, quod artifices caperent mensuras templi...* & tunc iusserunt lapides se parari in monte. Sic Deus agit in edificatione caelestis Solymae, varie elaborat naturas, ingenia, indoles, inclinationes &c. ut hic ad hunc, alius ad alium locum quadret. B. Serm. 39. n. 9. & seq.

Esau nunquam fuit certior de benedictione & hereditate paterna, quam cum pater eum venatum emisit, & Jacob nunquam minus sperare poterat benedictionem, quam tunc; & tamen iste a Deo praehabitus est alteri. C. Gen. 27. v. 7.

Dum Angeli in scala Jacob ascendebant, & descendebant, Deus summam terna scale tenuit, ut indicaret, ascendendum & descendendum fortem a se dependere. Alios naturali, alios supernaturali modo vocat ad varios status: naturali, modo talenta, & dona varie partitur, scilicet inter servos uni quinq;e, alteri unum talentum dedit: supernaturali, cum per instinctus internos nonnunquam contra stimulos ac inclinationem naturae vocat, ut Apostolos rudes ad conversionem gentium. B. Serm. 39. §. 2.

Abul. in 3. Reg. 6. q. 12.

Ar-

Artifex, qui insigne palatium edificare cogitat, prius illud ichnographice secundum omnes dimensiones delineat. Ita Deus Ecclesiam ad sui Nominis gloriam fundare, & extruere volens, ab omni æternitate talenta, qualitates, & prerogativas hominum, decrevitque hunc ad istum, alium ad alium statum aptissime applicare, ut tam suae salutis, quam Dei gloriae quadrare, & prodesse valeant &c.

130. Omnia ordinat in mundo, ut nihil casu fiat.

Quidam miles Syrus in incertum direxit sagittam, & Regem Achab interfecit: ubi Abulenus: *Dicitur a casu in quantum ad ipsum sagittatorem, non quoad Deum.* B. Ser. 76. n. 9. 10. &c. Item S. Pan. 44. f. 176. D. 7. 33.

Quidquid inferiorum contingit in mundo, fit disponente Providentia Dei peccata nostra punientis, *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius &c.* A. lect. 10. §. 11. VV. art. dif. font. 63. ex. 1.

Caiphas Pontifex dedit Judæis consilium, expedit, ut unus moriatur populo. Sceleratum hoc erat, & tamen Deus illo usus est, ut vaticinio Redemptionis humanae. Colterus de Pass. Domini.

Putantur iusti casu liberari et periculis, sed Deus facit: David cinctus ab hostibus non posse elabi illis credebatur, nisi tanquam passer avolaret: & ecce! nuntius avocavit milites in auxilium Regis Saul, qui ex altera parte ab hostibus petebatur. Alia vice tela aranea tegitur. S. pan. 28. f. 124.

Jacob evadit ex insidiis fratris Esau, Joseph liberatur a carcere, Tobias recipit lumen oculorum, Job depauperatus iterum ditatur, Daniel e lacu leonum evertitur, Susanna accusata innocens proclamatur, atque haec omnia ex Providentia Dei demeruit. A. lect. 6. n. 17.

Salus autem iustorum a Domino, & protector eorum in tempore tribulationis. Omi Christiane, etsi in toto calamitatum oceano innates, ne desponde animum, Deus ad iutor tuus erit. O Virgo, quae dotem non habes, si Domino obsequeris, ne time, certe tibi auxilium praebit. O conjuges egeni, ne time, Deus auxilio aderit, si legem ejus sedulo observetis &c. A. lect. 6. n. 19.

Philistaei ab Arca Domini, quam in sua regione captivam tenebant, multa mala perpessi, consilium inierant, quod illam

in patriam Israelitarum dimittere velint, dicentes: *Si per viam fructuum suorum ascenderit contra Besames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem, minime!* Scimus, sed casu accidit: fecerunt ergo illi hoc modo. Ibant autem in directum vaccae per viam, quae ducit Besames. Quare? ut conturbaret, quod Deus affliverit Philistaeos, & non casu factum sit.

131. Eius dispositio non potest ab homine impedi.

Herodes inter tot infantes occisos non potuit & medio tollere Christum Dominum. Athaliae ex ambitione regni omnes filios regis voluit occidere, & ecce! Josias a Josaba Hozozia Regis forore subducitur furori Athaliae, in templo educatur, & thronum ascendit. Quoties Saul voluit occidere Davidem? ille tamen incolumis regno reseratur. Salomon non potuit impedire, qui Jeroboam post se regnaret. Similiter Cyrus mirabiliter contra insidias Artaxias Regis in vita conservatur &c. D. 10. c. 57. Vide Tit. *Omnipotencia Dei.*

Disponit omnia in mundo sine conatu & labore: *Ludens in orbe terrarum.* Ludus hic Dei consistit, 1. in oblectatione in rerum adeo pulcherrimam creatione, conservatione & gubernatione. 2. Significat facilitatem, qua sine difficultate omnia creat, & gubernat. 3. Remum vicissitudinem, qualis est in ludo xalilorum, latrunculorum. 4. Rerum ordinem, pacem, consonantiam, & quati concentum musicum &c. Quis resistit in ludo infinito excellenti? C. in Prov. & v. 31.

Omnis totius mundi Reges & Principes cum omnibus suis exercitiis non possunt suffraginari cursum solis, nec excipere tempestatem sibi fauentem, aut impedire contrariam. Multo minus poterunt resistere dispositioni Providissimi, & Omnipotentis Dei.

132. Interdum permittit malum, ut eruat ingens bonum.

Lazarum non praeservat Deus a morte, sed mori sinit: Quare? S. Augustinus ait: *Disiuit sanare, ut possit resuscitare.* Brevis, ser. 6. infra Dom. 4. Quadrag. Populum Italicum sinit dici opprimi in servitute Pharaonis, ut postea mirabiliter liberet. M. cont. 1. aff. r. n. 6.

Agar.

Prov. 81.

Agar cum filium sibi emortuum putat, ab Angelo de puteo edocetur. M. conc. 29. aff. 2. n. 7.

Quidam Pecchius per plagium abreptus, & novendecim annis captivus liberatur a podagra. Clemens VI. ex vulnere capitis tam tenacem acquirit memoriam, ut nihil amplius poterit oblivisci. Nicolaus Baldelli ex lapsu cunei sanatur capitis doloribus, &c. D. 7. 51. VV. art. disc. font. 63. ex. 1.

B. Itaco Abbati quidam Ruffici hortum exfoliare voluerunt, sed arcana vi impulsu loco furti hortum foderunt. Sanctus Vir laborantes amanter pavit, eisque pia monita dedit. R. cent. 2. p. 2. mir. 43.

Joseph venditur ut pereat, & per ipsam hanc venditionem elevatur. M. conc. 8. aff. 1. n. 6. & 9. tertio per totum. C. Gen. 50. v. 19.

Christus per passionem creditur opprimi, & triumphat. M. conc. 38. aff. 2. n. 9.

Zacharias propter incredulitatem fit mutus, & ex mutuo fit propheta. M. conc. 40. aff. 1. n. 7.

Mulier, quæ tentationis erat origo, debet esse annuntiatrice Dominicæ Resurrectæ. M. conc. 8. n. 2. Item C. 1. Petr. 3. v. 13.

Stella, quam Magi adorare solebant, facta est dux ad salutem. Ib. n. 3.

Tyranni martyrum contribunt ad laudem Dei: Ira hominis confitebitur tibi. Diez. c. 1. nu. 17. Paoletti Fer. 6. post Dom. 3. quadr.

Quid posset esse nigrius, quam atramentum, quid vilius, quam papyrus qui ex centonibus conficitur? & tamen ex utroque fiunt præstantissimi libri. Sic Deus ex ipso peccato fecit ererere bonum.

133. Non debet ab homine taxari, argui &c.

Sentite de Domino in bonitate. Multi de deo aliter sentiunt, alii improvidum, aliofiderant, personarum acceptorem putant: Hæretici non sentiunt de Christo in bonitate, alii quæ verum hominem, alii verum Deum esse negant, peccati causam esse affirmant, de gratia dubitant. Neque sentiunt de Deo in bonitate, qui absum judiciorum Dei non penetrantes varios casus cavillantur, bella, pluvias, morbos, ariditates detestantur &c. A. 1. lect. 1. n. 10.

Carolus M. Imperator labore effecere voluit, ut ex Danubio in Rhenum navigaretur, ideo præcepit inter Redonemum & Alemannum flumina fossam duci, quoniam capax esset; nam Redonemum Bam-

bergæ Moeno, Moenus Moguntia Rheno; Alemannus vero ad oppidum Kelheim Danubio miscetur. Conducitur itaque fossa trecentos pedes lata, & bis millenis passibus longa: sed celo invisus labor, etiam portentis frustratus est; quippe pecora labori adhibita emoriebantur, farina laboratorum disperebat, noctibus integris strepitus spectrorum circa fossam audiebantur, & quidquid de die telluris egessum fuit de nocte subsidebat. Ejusmodi labores etiam aliis in locis incassum reciderunt &c. Jam si auctor naturæ in operibus naturæ se corrigi non permittit, quantum minus permittet in ordine suæ Providentiæ, & Sapientiæ? VV. art. disc. font. 67. ex. unico.

Philosophus sub arbore sedens conquestus est ad aliquem Deum, quod poma non creaverit magnitudine peponum. Dum hæc cogitandum pomum super naves ejus decidit: tum gratias egit, quod non fuerit magnitudine peponis.

VOCATIO DEI.

134. Audita post se trahit salutem.

Magnus ille Pater familias singulis hominibus vocavit operarios: ubi Augustinus: Tu quando vocaris, veni, sexta hora vocaris? veni: Paterfamilias enim hora undecima venienti denarium promisit, sed utrum vivas usque ad septimam, non promisit. B. Sermon. 6. n. 8.

Dicant Ninivita, dicant Samaritana, dicat Magdalena, dicant David, & Saulus, quid ipsis profuerit, verbis ac vocationi Dei obtemperasse. Si obduriissent ad Dei voces, quantum infelices fuissent. B. Sermon. 12. n. 42.

Gratia Vocationis dulces reddit labores, & alleviat difficultates, ita ut homines sui status, quæ aliis gravis, & intolerabiles videntur, non tantum cum facilitate, sed & cum alacritate operetur: sicque hæc gratia catenam gratiarum post se trahit, in qua consistit series prædestinationis. Differentia inter eum, qui hæc gratiam habet, & alterum, qui hæc gratia caret, eadem est, quæ inter navigantem & natantem per mare: primus faventibus ventis & undis secure ad portum fertur: alter inter mille pereundi pericula inter fluctus ægerime lustratur &c.

Vis certam facere salutem, & prædestinationem tuam? Sequere Deum, quoniam vocat, & impellit, ille enim dabit vires & mo-

& modos omnem difficultatem superandi. Samson, quando Deum vocantem secutus est, vicit Philistæos, leonem & portas Gaza: quando autem secutus est Dalilam, invalidus effectus hostibus in prædam cessit. C. in Ezech. 1. v. 28. qu. 4.

135. Vocat variis modis.

Sapientia, & potentia Dei conspirant, ut trahant hominem variis, & miris modis, ait Augustinus: Aliquos vocat impetivendo tempus. Alios per intimam cogitationem. Alios per flagellum correctionis. Alios per misericordiam consolationis. Omnia patent in Saulo converso. B. Sermon. 1. n. 8. Sermon. 39. §. 2.

Duplex præsertim est Vocatio Dei trahentis ad aliquem statum: Naturalis, & supernaturalis. Naturalis est, cum vocat secundum aptitudinem naturæ. Supernaturalis, cum contra capacitatem vocat, uti vocavit Apostolos ad conversionem orbis. B. Sermon. 39. n. 12. & seqq.

Cassianus triplicem vocationem distinguit: Prima est immediata ab ipso Deo vel per vocem externam, vel per inspirationem internam. Secunda est mediata per hominem, per exempla, monita, exhortationes, uti populum ex Ægypto per Moysen. Tertia est, quæ ex necessitate descendit, quando ingruente tribulatione cogit ad Deum ire, quem in prosperitate contempnimus. S. punct. 104. f. 307.

Deus dirigit omnes actiones nostras. 1. Quia ab æterno illas præordinat. 2. In tempore hominem ad eas excitat. 3. Modum suggerit, ordinate & feliciter illas exsequendi. 4. Obstacula, & difficultates amover. 5. In executione hominem dirigit, ne erret. 6. Illas secundat & prosperat, ut optatum finem consequantur. 7. Hominem vocat ad illum vitam statum, quod prævidet eum sine periculo peccati videturum. 8. Eas perficit, ut quotidie in perfectione crescamus. C. in Prov. 20. v. 24.

136. Dat gratiam confortantem quovis in suo munere.

Gen. 39. Josephus Ægyptius intrat ad feminam, & inter pellicitationes pessimas innocens exit: e contra David absque pellicitatione labitur: Quare? quia primus ex officio ingredi debebat, ait S. Ambrosius, non vero alter. B. Sermon. 20. n. 3.

Moyles conquestus est, quod solus non par sit integro populo regendo: quapro-

pter Deus constituit alios septuaginta retores, & de spiritu Moysis tantum ademit, quantum inter illos septuaginta distribuit. Itane: an ergo Deus in suis thesauris non habet spiritum, quod deberit a Moyse fumere? absit: sed exinde delimitur, ait Oleaster, quod Deus tantum spiritum cuique largiatur, quantum illi ad gerendum munus necessarium est. B. Sermon. 27. n. 29.

S. Thomas ait: Deus cuilibet reidat ea, per que possit consequi perfectionem suæ nature: unde quia Deus constituit ministros novi testamenti, dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exsecrandum, id quod plane in Apostolis rudibus, & illiteratis percipimus. In Genesi præcepit Deus: Germinet terra herbas viventem. Sed quomodo germinabit necdum culta, necdum rore irrigata: Sanctus Basilius ait: Germi-
nabit actiones operationeque Deo facilitate, atque potentiam largiente. A. lect. 6. num. 20.

Miles, qui sub vexillum militare conducitur, omnibus armis ad pugnam contra hostem, & se defendendum necessariis instruitur. Ita Deus homini pro eo statu, ad quem vocat, omnia dona corporis & animi largitur, ut pro Deo pugnare, hostem pellegere, & se ad salutem suam tueri possit &c.

137. Quomodo agnosci possit.

Vocatio Dei primo agnosci potest ex Sacris Scripturis, ait enim S. Augustinus Deum nobis loqui per Scripturas, in quantum eloquio causas nostras, si requirimus, invenimus. Nec opus est, ut in eo, quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi Divina voce specialiter querat: Exempli gr. Paulo patienti carnis tentamenta dictum est: Virtus in infirmitate perficitur: hoc cum Paulo dicitur, omnibus dicitur. Et Gregorius: Dicant itaque sanctæ Ecclesiæ Doctores, dicant & arrogant, quia nobis Deus ad verba omnia non responderit, quia in Scriptura sacra, quidquid potest singulis evenire comprehendit, atque in illa per exempla præcedentium, etiam vitam sequentium informare curavit &c. S. pun. 98. f. 299.

Secundo agnosci potest per consilium Patris spiritualis: ideo si quis dicit post sufficientem adhibitam orationem, hanc putare esse Divinam voluntatem, non facias: potes hac morali certitudine contentus esse, nec majorem citra temeritatem requirere &c. S. punct. 98. f. 300.

Tertio, Affectu ordinariæ hæc signa ponunt. 1. Præceptum Dei. 2. Consilium Dei. 3. Christi vitam & exempla. 4. Consilium Vitorum bonorum, præsertim eorum qui sunt conscientia nostra directores. 5. Operationes Dei supernaturales v. g. inspiraciones, exempla aliorum, prædicationes &c.

In dubiis ad hæc regulas attende. 1. Ut semper eligas quod vilius est, & plus abnegationis continet. 2. Ut inclines in favorem proximi, cogitando, quid illi sit utilis, honorarius, gratus. 3. Pretere continuam orationem, & piâ aspiraciones, considera, quid sit ad majorem Dei gloriam? 4. Perpende, quid amico consentiens, cujus salutem unice amas, fradere velles? 5. Examina te, quid in morte, in judicio optaturus sis fecisse? 6. Soleter trutinâ, quæ bona hinc, quæ mala inde oriri possint? 7. In consilium voca quatuor novissima, si nunc in limine vitæ jaceres, quid esdes desideraturus?

138. Non vocat secundum perfectionem statum, sed secundum aptitudinem.

Arma Saulis erant profusa insignia, & tamen David non poterat cum illis incedere: ait Sucequez: Certum est plurimos idcirco eterna excidere salute, quod vitæ genus non eligant. Et Lessius: Quidam in Religione pereunt, qui in matrimonio salutem fuissent consecuti. Ratio est; quia Deus gratias suas alligat suæ Vocacioni, nec tenetur gratiarum adjumenta dare homini ad onus ferendum, quod non ipse impofuit. Sequi Christum in passione est optimum opus & tamen ea pietas impulit Petrum in abrupta perfidie, ait Oliva: Sacrificare est bonum opus, & tamen Dathan conflagravit. Percere inimicis est bonum opus, & tamen Sauli regno & vita contigit. Melior est obedientia, quam vitâ, ait Gregorius. Non omnibus idem cibi genus aridet; ita nec Christianis omnibus idem vitæ institutum convenit. Paulus eremicola fortan perisset, si evangelizasset, Paulus Apostolus perisset, si in solitudine hæsilset. *Ve mihi, si non evangelizasset.*

Seito nullam rem diligentius esse considerandam, cum a stans electione sepe aut felicitas, aut miseria dependeat aeterna. B. Serm. 39. §. 3.

Ecclesia Christi comparatur corpori myfico: sicut ergo in corpore membra debent ad invicem esse coordinata & pro-

portionata; ita & membra Christi in Ecclesia: Quæ si pedes vellent legem tenere capitis, & caput officium obire pedum, quanta foret absurditas: Ita absurdum esset, si laicus vellet obire munus sacerdotis, si homo imprudens vellet gubernare & docere triturare. Dei ergo est dispertire officia secundum hominum capacitatem &c.

139. Non agnita aut neglecta multa mala post se trahit.

Declinaverunt, simul inuiles facti sunt. Declinare, ait S. Basilus, est ex sua voluntate recedere a scopo, & sine, quem Deus homini proposuit. Exempli causa: vocatus ad statum Religiosum contrahit matrimonium: hic declinat, sequendo voluptatem carnis: vocatus ad matrimonium ad pinguem præbendam aspirat, hic declinat amplexando temporalia bona. Quid autem malorum exinde sequitur inuiles facti sunt, id est, prout explicat Sanctus Bruno, Infructuosi sibi, & aliis. B. Ser. 39. n. 22.

Unde tot scandala in Monasteriis, tot peccata in Clericis? unde tanta somnolentia in superioribus? &c. Oseas inquit, aut potius Deus per Oseam: Ego non vocavi eos. Et Berchorius: Non constituitur a Deo, sed a mundo, non a justitia, sed a simonia, non a Divina inspiratione, sed a carnali affectione &c. B. Ser. 27. n. 30.

Quidam de sæculo ad Religiosam familiam translatus eandem deseruit, factusque est Mimus. Cum in theatro aliquando jocos diceret, quibus nobilis quidam præfens sepungi autumabat, in theatro, incusso a retro vulnere intersectus, penas neglectæ vocacionis dedit. J. 133.

Jonas fugiens faciem Dei vocantis incidit in faciem Dei indignantis; S. Gregorius ait: Ceto sorbente repente devoratur, atque illic gessante bellua perentit, quare sponte contempsit. C. in Jonæ 1. v. 3.

Oves meæ vocem meam audiunt, dicit Divinus Pastor: quæ ergo vocem non audiunt, metumenda ne in lapos incidant. &c. C. in Jonæ 1. v. 3.

140. Non audita causat evidens periculum interitus.

Dum sponsa non statim aperit sponso, sed se excusat laevi pedes meos, interim abiit sponsum. M. conc. 37. aff. 1. n. 8.

Vo, qui spernit, nonne & ipse spernabit? dicit enim olim Deus, Vocavi, & re-

Ose 8. Berch. Porboce. ff.

S. Greg. Mor. 6. c. 12.

Id. 31. nul-

pro sua aptitudine in statu convenienti collocare, &c. B. Ser. 39. n. 10. seqq.

Videmus, quod auctor naturæ diversis hominibus diversissima talenta, inclinaciones, passiones, vires, ac domos contulerit: ad quæ ista diversitas: ad hoc ut sint diversæ aptitudines ad diversissimos status, &c. B. Ser. 39. n. 12. seqq.

Judei in Galilæa tenebant, non oportere Cæsarem vocari Dominum; propterea ab Imperatoribus gravissimis persecutionibus, ac tormentis vexati sunt: nec tamen vel e pueris inventus est unicus, qui inter tormenta Cæsarem vellet Dominum vocare, ita ut hæc animi constantia omnibus esset admirationi. Lorinus ait, hæc vilis causam aliquam, cur Christus Apostolos suos elegerit ex Galilæa, quæ prævidebat, quid hæc innata animi constantia cum gratia Dei esset contra gentes operatura. D. 9. 25.

142. Quam efficaciter homines trahat.

Gratia ejus in me vacua non fuit: certe non vacua, quia ex Saulo Paulus, ex lupulo agnus quasi in momento factus est. Apostoli vocati relicti omnibus cito fecuti sunt Christum. S. punct. 104. fol. 306. Lazarus, ut ligatus infirmis, tamen ad vocem Dei statim furrexit, & e sepulchro exiit. M. conc. 7. aff. 2. n. 8.

Cum S. Bernardus Henricum Principem ad Monachatum converterit, quidam Andreas Principis affectu furiose in S. Bernardum tanquam hypocritam invehens erat: orantem autem S. Viro proxima noctetam vehementes stimulos ad vitam monasticam sensit, ut non amplius potans resistere sentit, in Ordinem altera die concessit. E. Verb. Converso n. 26.

Miratur S. Augulinus potentiam, & efficaciam gratiæ, quæ subito ex peccatoribus pœnitentes, ex piscatoribus Apostolos, ex lacrimibus Sanctos facit. Gratia autem hæc, ait S. Bernardus, in tristitia consistit, in odio peccatorum, in contemptu presentium bonorum, in desiderio futurorum, &c.

Lumina supernaturalia, quæ Deus in animum hominis repente immittit, sepe sunt sole meridiano clara: ita ut homini veritatem agnoscendam apertam hæntenus nunquam cognitam, unde contigit nonnunquam, ut homo in uno quasi momento toto alius a se ipso evadat. Tale fuit lumen, quo S. Paulus subito fuit illustratus, ita ut quasi in istu oculi ex-

143. Vocat secundum aptitudinem naturæ.

Aquila inter illa quatuor animalia vocabatur alior, nec mirum, quia ex aptitudine naturæ habilior est ad volatum, quam leo, bos, homo. Hinc, ait Marchantius, tot scandala, si inepti coguntur ad statum, hinc tot apostasie, quia plures irrepunt, non a Deo vocati, sed intrusi. B. Ser. 35. n. 33.

Ezechielis offensus fuit campus plenus ossibus, quæ omnia revixerunt: verum unumquodque os se adjunxit ad membrum, ad quod ex sua naturæ ordinatione pertinebat. B. Ser. 39. n. 2. seq.

In adificatione templi Salomonis malleus & securis non sunt audita. Quare? quæ lapides foris in campo dolabant, & in suam quadraturam aptabantur, ut facile sine tumultu ponerent in suum locum emlocari. Ita Divinus Architectus in confirmenda Ecclesia sollicitus est, quælibet

Dei Claus. specul. univers. Pars. I.

Sueq. 1. c. 1. de vit. atern. 1. de stat. vit.

Oliva. l. 2. de om. fol. 139.

Sueq. 1. c. 1. de vit. atern. 1. de stat. vit.

Id. 31. nul-

S. Ser. 41. lib. actus.

E. non-

persecutore Ecclesie factus sic gentium Apostolus, & maximum glorie Divinae instrumentum, &c.

143. Obedientiam promptam requirit.

Apostoli sine cunctatione sequuntur, uti & Eliseus Eliam. Hinc illi juveni ne quidem sepelire patrem licuit. S. punct. 104. fol. 307.

Magdalena, ut primum agnovit animam suam periculum, sine mora ad Christum festinavit. M. conc. 37. aff. 1. n. 7.

Abraham a Deo vocatus promptissime obsequitur, & est hæc vocatio Abraham typus vocationis omnium, qui vocantur ad fidem, gratiam, justitiam, perfectionem, & salutem, &c. C. Gen. fol. 145.

Magi ad signum stellæ festinant, ut doceant virtutis colendæ opportunitatem non esse pratermittendam, cum adfuit cælestia auxilia. Paoletti in festo Epiphaniæ. Et Fer. 2. post Dom. Passionis.

Beatissima Virgo, Deo plena, abiit in montana cum festinatione, quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Abraham Deum vocantem ex Ur Chalæorum secutus est in Chanaan. Moyses Deum vocantem secutus petiit a Pharaone missionem populi, ideoque tot signa fecit. Idem fecerunt Josue, Gedeon, Samson, David, Isaac, Daniel, & alii. Ita Christus Patrem, Apostoli Christum vocantem secuti sunt. S. Athanasius Episcopatum fugiens, vi mirabiliter retrahitur, prout Alexander ejus in Episcopatu antecessor illi vaticinatus fuerat: Fugis Athanasia, at non effugies? C. Jonæ 1. v. 3.

Si Paulus cælesti luce irradiatus, profusus in terram, deliberandus hæsisset, si non confestim, & sine mora humiliter voce respondisset: Domine, quid me vis facere? forsitan reprobatu, & ad Apostolatus sublimitatem admittus non fuisset! &c.

144. Mirabiliter vocat ad perfectionem.

Paulus Eremitarum anachoreta sub persecutione Decii fugit in solitudinem. ex

timore, sed solitudo ita ei placuit, ut ibi vitam egerit. Arsenius ex aula Theodosii fugit ob metum Arcadii discipuli, qui ei mortem machinabatur. Mutius latro Parthenonem spoliatus, terretur somnio, & conversus fuit anachoreta sanctissimus. Juvenis sepulcrum exspoliatus a cadavere tenetur tamdiu, donec promittit ingressum Religionis, &c. D. 2. 20.

Juvenis Parisios studiorum causa itinerans, divertebat ad Monasterium Clarevallense: invitatur ad sacrum Ordinem, sed repugnabat. Nocte somnians se in profundum puteum esse delapsum, supra in ore putei vidit S. Bernardum, qui ei liberationem promisit, si vellet in suo ordine perseverare. Obligavit se ad hoc juvenis, & in virum sanctum evasit. E. Verb. Concilium n. 3.

Quidam Peregrinus Parisiis intravit scholam, ubi Magister prælegebat illa verba: Diliges Dominum Deum tuum. Scholasticus statim surrexit & abiit: quæstus quo abiret, reposuit: Volo antequam plus audiam, istam lectionem opere complere, & Religionem ingressus est. E. Dilectio n. 1.

Quidam nequam in Monasterium Clarevallense ingreditur, ut furaretur. Famque intentionem etiam post Professionem retinuit, furandi calices & ornatum Ecclesie. Verum contritus, & Deo dante conversus adeo profecit, ut successu temporis Monasterii Prior factus sit. E. Intentio 1.

Juvenis Amasie placiturus tempore Barchanaliorem superbo equo illius ædes præteribat: verum ab equo excussus, cum ab omnibus rideretur, vanitatem rerum agnoscentes mundo valedixit, sicque verificatum est: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum &c. J. 16.

Idem legitur de S. Petro Confalvo Ecclesie Placentina Canonico: aliquando equo superbe phalerato per urbem equitans, in fordidam lacum excussus, a juventute risui & ludibrio habitus est. Decrevit vicissim mundum ludibrio habere, & in Ord. S. Domitici concedens, mira sanctitate fuit. N. 15. April.

D E

CHRISTO DOMINO.

CHRISTUS DEI FILIUS. Nomen JESU. Incarnatio, Nativitas. PASSIO CHRISTI.

CRUCIFIXUS. Crux, Instrumenta Passionis. Sacra Vahera Christi. Vultus Pectoris Divini.

CHRISTUS DOMINUS.

1. Est exemplar vite nostre.

Andrus Augustinus ait: Tota vita Christi in terris probamine, quem fecit, disciplina morum fuit. B. Ser. 44. n. 1. 2. & seq. Vide TITULUM CHRISTIANI.

Christiansmus, ait Nyssenus, est imitatio Divinae nature. Si ergo Christians es, noli in vanum ferre hoc nomen, ideo enim Christus factus est particeps nostra humanitatis, ut nos participes faceret suæ Divinitatis, ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilem amorem rapiamur. Ita Christiani cum Christo semper familiariter conversabantur. Constantinus Imp. semper Christi nomen in galea, & labaro, uti Deus ei monstraverat, gerebat, itaque ubique victor evasit, ita Diocionis Martyr & S. Blandina in tormentis assiduis clamabant: Christiansus sum, Christiana sum. Beatissima Virgo triginta quatuor annis immanis amoris dulcedine cum Christo versatur. S. Paulus Apostolus de se ipso testatur: Virgo ego, non jam ego, vivit vero in me Christus. S. Magdalena vitam, passionem, & mortem Christi, & ab illo ultra centies visibiliter invisitur. S. Hieronymus, ut vivaciter vitam & mortem Christi præcipue vitam semper haberet, ad Christi præcipue vitam transfegit. S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus adhuc puer cum Christo puero, in schola familiariter conversabatur. S. Catharina Senensis tanquam sponsa cum Christo sponso jugiter tractabat, ab eoque spineam coronam, & eorum novum accepit. S. Joanna Regina, fundatrix Ordinis Desiparæ Virginis annuntiatæ sem

per cum Christo & Maria agebat, &c. C. Baruch. 3. v. 38.

Angelus præcepit hædum occidi in sacrificio Abrahæ, ubi Greg. carnes supra petram ponimus cum corpus nostrum Christi imitatione cruciamus. S. punct. 112. f. 149.

Multi sunt, qui Christum tantum imitantur e dimidio, & e dimidio mundi vanitates sectantur. Jurant in Domino, in iuramentis, ut in iuramentis, &c. S. Hieron. 1. c. 2. M. eron. in hunc loc.

Virgato super omnes, qui induit sunt veste peregrina: Quænam est hæc vestis peregrina? quia aliena est a moribus Christi, nam quisque induit Christum in baptismo: Quicunque in Christo baptizatus est, Christum induit, &c. S. punct. 134. fol. 422. & punct. 152. fol. 475.

Christus e cruce docet suam imitationem: caput spinis coronatum docet humilitatem: denudatio rerum omnium abdicacionem, membrorum confixio mortificationem, &c. S. punct. 27. f. 692.

Christus Dominus imitandus est cogitatione, verbis & opere &c. B. Sermon. 14. §. 3. 4. & 5. Ideo constanter præ oculis habendus. A. lect. 8. §. 10. Quos prescribit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui: Accipe Crucifixum in manus & examina teipsum, an & in quo conformis sis Christo Domino. Segn. Man. na 13. Jul. n. 1. & 7.

Christus est via, veritas, & vita, via in exemplo, veritas in promisso, vita in premio: sic per crucem ducit nos in lucem. C. 1. Petr. 2. v. 21.

2. Est fons & scopus omnis sanctitatis. Sol typus & Christi, sicut enim in sole duo sunt, lux & corpus; ita in Christo est verbum, & caro, Deitas, & humanitas, & sicut